

quo nostra virtus non excitata solum: verū  
adaucta quoque ac celebris per totum orbē  
diffusa est. SyL. At quidem nec Pompeius,  
nec Scipio, nec Domitius & reliqui quos in  
sublimi vides conspici, licet olim tibi vi coas-  
cū succubuerit, nūc tū nequaquam loco de-  
cedent. CæS. Dū integrum est non obluſas  
mini pertinaciter meis optatis, alioqui more  
meo ius viribus querā. SyL. Neq; tuis hono-  
ribus inuidemus, neque magnitudine terres-  
mur: quin potius haud parum miramur te ac-  
cepta tanta clade, quam hoc tuum lancinatū  
vulneribus corpus indicat, quū tantū deniq;  
virtutum & sanguinis amiseris, nondum resis-  
puisse, atque ex longa tanquam peregrina-  
tione non remigrasse domum. At qui oportet  
alios posthac mores induas: nā hic & alio  
iure viuitur, & alijs legibus coercemur. For-  
tuna res humanas pro libidine versat ac mis-  
cet: huic eripit, dat alteri: amicior his quos in-  
uocata non respexit, quam quos obsequen-  
tissime ditauit: multos euehit altius, vt per lu-  
dibrium ruina maiore humo illadat, minime  
per louem cæca vel bruta vt temere a quibus-  
dam cæcis & prorsus inexpertis taxatur, alio-  
quin esse oculatissimam & perspicacissimā  
satis constat, quod mortalitate nuper deposi-